

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1400. usque ad annum 1415 - Unacum Dissertatione  
Præliminari Ad Historiam Sæculi XV.

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1767**

**VD18 90118286**

§. 72. Rupertus Bavariæ Dux Imperator electus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66281](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66281)

jussu denuo in vincula conjectus, Viennam sub custodia Alberti Austriaci delatus est. Verum & ibidem opitulante quodam Piscatore, quem dein Equitem creavit, fuga elabitur. Tandem omnibus his nil proficientibus, Electores eum deponere decernunt, & die 20. Augusti 1400 in illum exauctorationis & privationis Imperii sententiam pronuntiant, quam Elector Moguntinus præsentibus aliis duobus Electoribus Ecclesiasticis, Ruperto Bavariæ Duce, Friderico Brunsvicensi, & Norimbergæ Burggravio publice prælegit.

### §. LXXII.

#### *Rupertus Bavariæ Dux Imperator electus.*


**D. Marten.** Post promulgatam Wenceslai depositionem Electores convenere in Brunsvico - Luneburgicum Ducem, egregium sane Principem, ac rei militaris peritissimum. Verum cum ipse paulo post a Waldeko Comite

**Anecdot.**  
to. I. p. 1634.  
**Gobelin.**  
**Person.**  
Co/med. l.6.  
c. 7.

mite nefarie occideretur, Rupertum III. Bavariæ Ducem, qui sexta post hebdomada Francofurtum ad Mænum ingressus erat, elegerunt, qua urbe, aliisque pluribus in fidem suam receptis, anno sequenti anno 1401. in festo Epiphaniæ coronatus fuit Coloniæ, eoquod Aquisgranenses, apud quos ex more inaugurari debuisset, illum ad urbem admittere, ac Imperatorem agnoscere detrectarent, Bohemis insuper, aliisque constanter Wenceslao adhærentibus. Nihilominus Rupertus paulo post electiōnem suam Bonifacio datis literis significat, spondetque solemnem legationem, quæ sanctitati suæ ampliorē de omnibus hac in re gestis notitiam delatura esset. Pariter Elecōtores ad Papam, ejusque Cardinales scripserunt, exauctorationis Wenceslai caussas exponentes. Nil dicam impræsentiarum de itinere Ruperti in Italiam, ubi solemniter coronari, & ditiones, quas Wenceslaus Joanni Galeatio Mediolanensium Duci ces-

n 3 ferat,

ferat, recuperare meditabatur. Hinc  
inter utrumque Principem dirum ac-  
cendebat bellum, sed copiis Ru-  
pertii cæsis, ipse, quin coronari po-  
tuerit, primo vere anni sequentis in  
Germaniam redire compulsus est.  
Hæc sunt, quæ ad intelligentiam re-  
rum Sæculi XV, quod ordimur  
relatu necessaria duxi-  
mus.



SUM.